



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

An liberum sit patrono in praesentatione variare. p. 6

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

8 Adverto tamen licere ordinario prorogare tempus con-  
 cessionum patrono ad presentandum; quia illa determinatio in  
 fauorem ordinarij lata est. cui ipse cedere potest. Sic Aloysius  
 Riccius praxi fori ecclesiastici, resolut. 195. Vgolin. de potest. episc.  
 cap. 51. §. 1. numer. 4. vers. tertio in fine. Flam. de resignat.  
 lib. 7. quest. ult. n. ult. August. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg.  
 71. num. 143. Non tamen vltima semel prorogare poterit, quia  
 non potest vltima illud tempus institutionem differre; alijs ad  
 alium superiorem eum institutio deuoluta. cap. 2. de concess. pra-  
 bendis, & tradit Barbosa num. 170. Quae omnia verum habent,  
 tamen si patrono fuerit lapsus terminus ad praesentandum adhuc  
 enim ordinarius, cui est iure deuoluta collatio, permittit re-  
 terit. vt patronus praesentet, & ab ipso praesentatum instituit,  
 quia haec deuolutio in fauorem ordinarij lata est, cui ipse ce-  
 dere posse videtur, iuxta text. in cap. 2. de supplend. negligent.  
 praxi, dicitur enim ibi nisi patroni infra tempus in Lateranensi  
 consilio constitutum ad vacantes Ecclesias ribi personas idoneas  
 praesentauerint: ex tunc ribi liceat (appellatione remota) in eis-  
 dem ordinare rectores, qui eis praesentauerint, & procedat. Expen-  
 do verum liceat, quod denotat facultatem, & licentiam, non  
 necessitate imponit. Sic Lambertin. lib. 2. p. 1. vt. 27. n. 3. q. 1. Bar-  
 bosa 3. p. alleg. 71. n. 170.

PUNCTUM VI.

An liberum sit patrono in praesentatione variare?

- 1 Post institutionem variare non licet, ante licet patrono laico, secus Ecclesiastico.
- 2 In quo sita sit haec variatio.
- 3 Non solum bis, sed ter, vel quater patronus laicus variare potest, quidquid contra alij sentiant.
- 4 Quid dicendum casu quo plures sint patroni, & vnus praesentat Caium, alius Titium.
- 5 Probabilis est lite pendente variare non posse.
- 6 Quid dicendum si colligantem praesentaret patronus? Probabilis est validam esse praesentationem neque impediri lite non finita.
- 7 Haec variatio in patronatu mixto non est concedenda, si concedens in praesentando.
- 8 An patronus, qui promissionem, vel iuramentum fecit de non variando, variare valide possit? Proponitur affirmatiua pars, & resolutur nequaquam valere variationem.
- 9 Est satis oppositio fundamento.
- 10 Quid si cessoris iuri praesentandi, relicto patronatu potissime variare? Affirmati ue responderetur.

Conueniunt omnes doctores post institutionem factam  
 neque patrono Ecclesiastico, neque laico permittunt esse  
 variare; quia iam beneficium collatum est praesentato, & ius  
 acquirunt, ex cap. quod autem, de iure patronat. & cap. si tibi  
 abbat, de praebendis, in 6. & tradit Gutierrez, 3. p. de iuram. confir-  
 mat. cap. 13. num. 1. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 6. cap. 21. q. 13.  
 Gregor. Lop. leg. 7. tit. 15. part. 1. in prim. verbo recibido el primero.  
 Ante institutionem distinguendum est de patrono laico, & Ec-  
 clesiastico; si laicus est, variare potest; si Ecclesiasticus mini-  
 me, cap. quod autem, de iure patronat. sed praecipue cap. cum au-  
 tem, de iure patronat. & tradit plures referentes Lambertin. 1.  
 p. lib. 7. quest. 7. per totam. Flam. de resignat. lib. 2. quest. 23.  
 num. 13. Gregor. Lop. leg. 6. tit. 15. part. 1. in princip. August.  
 Barbosa alleg. 72. num. 151. Gutierrez, 3. p. iuram. confirm. cap.  
 13. n. 1. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 7. cap. 11. q. 13. Ratio quare  
 patrono laico permittitur variatio & Ecclesiastico non conce-  
 ditur, quia Ecclesiasticis datum est qual tatem, & digni-  
 tatem nominatorum intelligere non tamen laicis; quam ratio-  
 nem assignauit lex 7. tit. 15. part. 1. ibi, Porque los clergos an de  
 ser mas sabidores en el ordinamiento de las yglesias, que los legos,  
 e lo an el sado, y saben mas quales clergos an de presentar segun  
 derecho, por eso dispusieron por pena, que no podian ser cambiados, se  
 de vn clergo a otro, como los clergos, que no son tan sabidores.

1 Haec variatio in eo sita est, vt facta praesentatione possit  
 patronus laicus alium nominare, non excludendo alium nomi-  
 natum, sed illi alterum adiungendo. Nam si primum praesenta-  
 tum excluderet, nulla esset talis secunda praesentatio. Habetur  
 expressè in cap. cum autem, de iure patronat. ibi: eo non re-  
 fusato & notat Abbas in dicto cap. num. 1. & cap. quod autem,  
 in Gregor. Lopez leg. 6. tit. 15. p. 1. verbo en escogencia del obispo.  
 Azor. dicto cap. 21. q. 13. Gutierrez, cap. 13. num. 4. Nicol. Garcia  
 1. p. de benefic. cap. 9. n. 213. Barbosa allegat. 72. n. 159. & alij  
 apud ipsos. Et haec cumulatio praesentatio intelligitur quocies  
 secundus praesentatur, non excludendo expressè primum, tamen  
 si dicatur se variare velles, quia intelligendum est de variatione  
 cumulatiua à iure permittita, non de variatione exclusiua, sic  
 Gutierrez, dicto c. 1. n. 6.

3 Quod si inquiras, an non tantum bis, sed ter, vel quater  
 possit patronus laicus variare in praesentatione cumulatiua? Ne-  
 gant communiter doctores. Rochus de iure patronat. verbo ho-  
 norificum, quest. 10. Calderin. cons. 17. eodem tit. Lambertin. 2.  
 Ferd. de Castro Summ. Mor. Pars II.

1. lib. 2. q. 7. art. 2. Tiraquell. in leg. bouer. §. hoc, sermone, in reg.  
 num. 23. Gutierrez, 3. p. de iuram. confirm. cap. 13. Gregor. Lopez  
 leg. 6. tit. 15. part. 1. gloss. 1. Nicol. Garcia 3. p. de benefic. cap. 9.  
 num. 214. Barbosa 3. p. alleg. 72. num. 172. Nauarr. cap. placuit, de  
 penit. disp. 6. n. 167. & 171. Ratio esse potest; quia variare sen-  
 tentiam, & mutare consilium odiosum est, temeritatem sa-  
 pit, vt dicit Bald. in leg. ius civile, ff. de iustit. & iure. Ergo est  
 restringendum, video responderi huic argumento posse, varia-  
 tionem exclusiua, qua in prima sententia, & consilio receditur,  
 arguere temeritatem, & animi inconstantiam, non autem va-  
 riationem cumulatiua, quia in prima sententia perseueratur.  
 Quapropter efficacior ratio videtur esse quia facultas simpli-  
 ter data primo actu finitur, iuxta leg. dotis promissio, ff. de iure  
 dotium, leg. bouer. §. hoc, sermone, ff. de verbor. significat. Quod in-  
 telligendum venit de facultate odiosa, & restringendo. At haec  
 facultas patronis laicis concessa, vt variare possit, est odiosa,  
 element. cum illuso, de renunciat. ibi: cum illuso, & variatio  
 in personis Ecclesiasticis maxime sit vitanda. Expendo aduer-  
 bium maxime, quod indicat etiam in laicis vitandam esse, & no-  
 tauit ibi Glossa rep. reg. quod semel de Reg. iuris in 6. Praeterea  
 in cap. cum autem, cap. quod autem, c. pastoralis De iure patro-  
 nat. Vbi haec facultas variandi permittitur patrono laico, solum  
 cauetur secundum post nominationem primi esse nominatum;  
 non igitur ad plures nominatio extendenda est, & licet in clem.  
 plures. De iure patronat. dicatur plures nominari posse, non inde  
 inferitur ter, vel quater nominationem esse faciendam. Tum  
 quia plures nominantur, cum nominantur duo, Tum & praeci-  
 pue, quia potest intelligi de nominatione plurium non successi-  
 uè facta, sed simultanea.

Nihilominus probabilis censo, patronum laicum non so-  
 lum bis, sed ter, vel quater variare posse, sic expressè Gloss. in  
 clem. plures. De iure patronat. §. in verbo plures, & verbo  
 praesentare. Decius in cap. quare, de iudic. a num. 31. Abbas  
 ibi i. colum. 2. Cardinal. in cap. pastoralis, in fine, de iure patronat.  
 Berouis in capite quod autem eodem titulo numero 19. Spino de  
 testam. gloss. 4. a num. 75. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 6. c. 2. r. 13.  
 Mouet, quia haec accumulatio praesentatio utilis est Ecclesiae;  
 si quidem plures offeruntur, vt possit ordinarius ex illis elige-  
 re, quem videtur Ecclesiae aptiorem. Et licet saepe contingat  
 (vt dicit Nauarr. dicto c. placuit: disp. 6. de penitent. num. 170.)  
 patronum qui aliquem valde idoneum praesentauit, postea in  
 alicuius amici gratiam praesentet alium eo multo inferiorem;  
 hoc non tollit quominus variatio accumulatiua non sit Ecclesiae  
 utilis, nam saepe superiorem praesentabit, & casu quo inferiorem  
 praesentet, non tollitur episcopo potestas instituendi primum  
 praesentatum; cum ex supradicta variatione à prima praesenta-  
 tione patronus non recedat. Ergo nunquam haec variatio Ec-  
 clesiam damnificat. Ergo non est limitanda, sed extendenda.

Neque obstant superius adducta, nam duae primae rationes  
 procedunt de variatione exclusiua, non cumulatiua. Ad 3. dico,  
 esto in cap. cum autem, quod autem, cap. pastoralis, solum facta  
 sit mentio de nominatione secundi, cum tertius & quartus  
 non fuerint exclusi, censemus ob rationem supradictam ad il-  
 los esse facultatem extendendam. Ad 4. nego clement. plures,  
 intelligi posse de nominatione secundi tantum, & non plu-  
 rium, si quidem eodem tenore affirmat plures nominari posse,  
 quo in principio dixit plures posse esse patronos, sed de iis con-  
 stat plures esse posse sine limite. Ergo etiam possunt plures si-  
 ne limite, nominari. Neque etiam intelligi potest de nomi-  
 natione plurium simultanea, & non successiua. Nam haec no-  
 minatio simultanea variationem non constituit, cum vno actu  
 fiat, neque ex illa alicui ex praesentatis ius quaeritum derogat-  
 ur. Quapropter non solum patronis laicis permittita est haec si-  
 multanea praesentatio, sed etiam Ecclesiasticis, vt alijs relictis  
 docet Gregor. Lopez dicta leg. 6. gloss. venuti. Garcia de benefic.  
 5. p. cap. 9. num. 216.

4 Difficultas autem est, an casu quo plures sint patroni, &  
 vnus praesentat Caium, alius Titium, liceat ipsis variare, & alios  
 de nouo accumulando praesentare? Et quidem si lis moueretur  
 contra litigantem institutum, constans est omnium sententia  
 non posse patronum variare, cap. 2. vt lite pendente, in 6. Ante  
 institutionem non de sunt doctores, qui affirmant posse patro-  
 num variare, & alium cumulando nominare. Sic Cardin. in c.  
 pastoralis, q. ult. de iure patronat. Ioan. Andr. c. 1. vt lite pendente  
 in 6. & alij, quos refert & sequitur Caes. Lambertin. de iure  
 patronat. libro secundo, part. 1. quest. 5. articulo 11. Ratio esse po-  
 test quia patronis laicis concessa est haec potestas variandi in-  
 tra quadam iustre. Sed haec non tollitur ob lite pendente.  
 Nam text. in cap. 1. vt lite pendente, in 6. loquitur de ele-  
 ctione, & collectione, in quibus nulla permittitur variatio. Et  
 licet text. in cap. 2. eodem tit. & lib. loquat eam de praesentatione,  
 ibi; praesentetur, subintelligi videtur institutione  
 facta.

5 Nihilominus verius, & probabilis est lite pendente, si-  
 ue in curia, siue extra, nemini patronorum permittunt esse va-  
 riare. Sic relato Lapo, Calderin. Dominic. Franco, Rocho de  
 Cure, Ludouic. Gomez, tradit Couaruu, p. 1. c. 6. num. 7.  
 vers. tertio quandoque. Lancello. de attentat. c. 4. in presat. n.

560, alias 659 Flamin. de resignat. lib. 12. §. 3. n. 11. Aug. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 72. n. 162. Garc. 5. §. de benef. c. 9. n. 17. Aloy. Ricc. in pract. resol. 159. n. 4. & alij apud ipsos. & saepe cit à Rota decisum, vt supradicti doctores specialiter Garcia, testantur. Ratio desinitur ex r. 1. & 2. vt lites pendente, in 6. vbi solum ob lites pendentes impeditur patronus à noua praesentatione faciendâ, ne multiplicentur colligantes, & litium finis non sit in graue Ecclesiae dispendium. Hac enim de causa de functo vno ex praesentatis, non licet patrono loco illius alium subrogare, quousque lites finiatur: tamen, si lites non penderet, non solum laico, sed & patrono Ecclesiastico, liceret tunc alium nominare, cum nominatio facta omnino finita sit. Ergo à fortiori non licebit alium denuò nominare, cum prima nominatio perleuerat.

Amplia supradictam resolutionem, vt procedat non solum in vacatione per mortem naturalem, sed etiam in vacatione per resignationem, vel affectationem alterius beneficii: quia ratio supradicta ne lites prorogentur, æquanimiter in vtroque casu procedit; & sic tanquam certum tradit Gonzalez gloss. 51. n. 112. esse à Rota decisum, Garc. n. 219. Barbosa n. 162.

6 Sed quid si colligantem praesentaret patronus, vel ordinarius prouideret alio praesentato mortuo: esset enim talis praesentatio, vel collatio valida ante litem finitam; Negat Gonzalez gloss. 51. n. 114. ita vt affirmet contrariam opinionem non esse securam, neque tenendam. Mouet, rum quia dispositio c. 2. vt lites pendente, in 6. est generalis, & indistincta, & generaliter intelligenda leg. 1. §. generaliter. ff. de legat. praesentat. Tum quia à Rota decisum est Io. Februar. anno 1504. in vna Hispanen. collationem factam cuidam superstiti colligenti esse nullam.

Ceterum mihi probabilis apparet non aduersari huiusmodi praesentationi dispositionem dicti cap. 2. imò potius esse illi conformem; quia hac ratione lites vitantur, neque litigantes augentur, sed potius minuuntur si quidem non creatur nouus colligator, sed ille qui antea erat roboratur, alio extincto, vel dimincto. At ratio ob quam in dicto cap. 2. statuitur ne lites pendente quipiam ad beneficium praesentetur, est ne propter novos aduersarios, qui malitiose interdum petitoribus lubrogantur, litigia in Ecclesiarum dispendium prorogari contingat, sed in praesentatione colligatoris non assignatur nouus aduersarius, sed ille qui antea erat roboratur, qua roboratio ne praesentetur occasio citius litem finiendi. Ergo optime fieri potest, idque probant illa verba text. donec contra superstitis lites finit fuerit, aliis nullatenus conferantur, neque ad ea eligatur quisquam, vel etiam praesentetur; quae clare demonstrant non loqui textum de collatione, electione, vel praesentatione facta in aliquo ex colligantibus, sed in alio ab ipsis. Et ita Rochus de Curte de iure patronat. verbo honorificum. q. 23. num. 53. in fine. Paul. conf. 30. num. 4. quem refert, & sequitur Ant. Gabr. tit. de iudic. consil. 4. num. 42. Lancellot. de arrenatus. 2. p. cap. 3. in praefat. num. 688. Garcia 5. p. de benef. c. 9. n. 220. affirmans à Rota pluries fuisse decisum, Greg. Lopez leg. 6. tit. 15. part. 1. verbo bien la puede hacer.

Neque obstat fundamentum Gonzalez. Concedo dispositionem cap. 2. generaliter esse intelligendam de subrogatione facta in alio à colligante, non vero de subrogatione in ipsum colligantem, cum ex textu contrarium constet, vt probauimus. Neque obinde fit regulam cancellariae de subrogandis colligantibus frustrancam esse, haec enim concedit, ne patrono electorum, aut collatorum iura maneant indefensa ob mortem colligatoris, si contra eorum voluntatem conferantur beneficia aliis colligantibus, quos ipsi non praesentantur, neque elegerunt. Et in hoc sensu definitur à Rota collationem beneficii ab ordinario factam ei qui litigabat esse nullam; quia facta fuit absque patroni praesentatione, iobius quod praesumebatur acquisitum ex morte colligatoris. Secus vero esset, si ex voluntate, & consensu patroni fuisset facta.

7 Secunda difficultas est, an possit fieri haec variatio in patronatu mixto ex Ecclesiastico, & saeculari? Et quidem si discordent in praesentando, ita vt patronus laicus vnus, & Ecclesiasticus alium praesentet, poterit laicus variare in praesentatione, quia ob consuetudinem in patronatu cum Ecclesiastico non perdit suum priuilegium, praecipue cum in praesentatione nulla sit coniunctio: sic Lambertin. de iure patronat. lib. 2. part. 2. quest. 7. artic. 13. August. Barbosa 3. p. allegat. 72. num. 166. At si in praesentando conueniant, credo non concedi variationem; quia tacite se obligant patronus laicus per illam concordiam in supradicta voluntate perseverare, & à concordanti voluntate non recedere: sic Abbas in cap. cum autem. de iure patronat. num. 4. Tiraquell. de iure primogen. q. 17. spin. 11. nullus 5. Gregor. Lopez leg. 7. tit. 15. part. 1. verbo clerico. August. Barbosa 3. p. de potest. episcop. alleg. 72. n. 166. & fauet lex si communem. ff. de Regul. iuris. Adde esto vtique patronus esset laicus. si tamen concorditer praesentarent, nemini illorum liceret variare ob supradictam rationem, & notauit, aliis relatis. Gregor. Lopez s. pra.

8 Tertia difficultas est an possit variare patronus, qui iura-

mentum, vel promissionem non variandi fecit? Videtur posse, quia iuramento, vel promissione non tollit à se patronatum. Ergo neque priuilegium variandi concessum, & confirmatum, si vacante beneficio, antequam praesentationem faceret; iuratus, vel Petro promitteret nullum alium praesentare ipsum praesentatum, non obinde fieret nulla praesentatio de Francisco facta, tamen prius, vel infidelis existeret: quia iuramento, vel promissione non sustulit à se facultatem praesentandi, quem maluerit ex dignis, tamen reddat illi iuramentum vltim. Ergo idem dicendum est facta prima praesentatione licet tibi alium denuò nominat accumulo; cum facultas eadem sit, & immutata maneat. Confirmo secundo. Si factum iuramento, quod beneficium Ecclesiasticum, cuius libera collatio ad te pertinet, digniori collatus es, illo praetermissio conferas digno, collatio tenet, vt tradit expresso Ioann. de Selua tit. de benef. 3. p. quest. 27. quem refert, & sequitur Couartuas in cap. quomodo pactum. de pactis. 1. p. §. 1. numero 5. Ergo idem dicendum est de praesentatione facta aduersus iuramentum non variandi: & ita tenet Alexand. consil. 15. per totum. lib. 3.

Nihilominus verius existimo, ob iuramentum, vel promissionem factam de non variando, reddi te impotentem variare. Mouet potius auctoritate communis sententiae, quam ratione; quia eam satis efficacem non sentio. Sic relato Paulo Castren. conf. 361. num. 9 & con. 336. num. 11. lib. 1. tradit. Rochus de Curte de iure patronat. verbo honorificum. q. 12. in 27. Gregor. Lopez leg. 6. tit. 15. part. 1. verbo bien lo puede hacer. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. part. 1. §. 2. artic. 13. & 7. eiusdem libri. §. 7. princip. vt. 16. Couartua. in cap. quomodo pactum. de pactis. 2. p. §. 2. num. 4. vers. praedicta vero conclusio. Martienzo leg. 3. gloss. 13. num. 7. tit. 10. lib. 5. recopilat. Gutier. 3. p. de iuram. confirm. c. 13. num. 15. Ratio esse potest, quia iuramentum accedens actui requiritur ad sui valorem auctoritatem iudicis, seu praesentiam, ita illum firmat, vt irrevocabilem reddat, iuxta gloss. & text. in cap. licet mulieres. de iure iurando. lib. 6. Sed praesentatio est actus, qui absque iudicis auctoritate fieri non potest, vt ex dictis constat. Ergo si iuramentum recedat de non variando illum, variare non poteris. Dices te non posse variare reuocando primam praesentationem; ac proinde illam esse firmam, & irrevocabilem, at optime posse accumulando alteram illis sed contra; quia in praesentationibus non est variatio per reuocationem, sed per cumulationem: si igitur ex iuramento habet prima praesentatio aliquam maiorem firmitatem, quam habet secluso iuramento, ea est, vt non possit et fieri accumulatio. Praeterea nominans secundum institutum, vel manifeste iudici iuramentum, quod in prima nominatione fecit nullum alium nominandi; vel illi occultas: si manifestas iudici iuramentum, certum est ipsum non esse admissum praesentationem; quia non potest illam admittit, vt perituri cooperatori sit, si autem illi claus iuramentum factum amissio est dolosa, & subreptitia; ac proinde irrita, & nulla. Ergo in nullo casu haec secundum nominatio valida esse potest. Farcet hanc rationem non videri conuincentem, vnde enim constat inuadim reddi secundam praesentationem contra iuramentum praecedens de non variando, si de facto admittit in ob ordinario? Ad valorem enim ipsius solum requiritur, vt eorum ordinario fiat. Item, vnde constat celatum iuramentum reddere subreptitiam admissionem: non enim videtur esse qualitas necessaria manifestanda. Quapropter Gregor. Lopez. Couartua. Martienzo censent validam esse secundam praesentationem, si expresso, vel tacite eam ordinarius approbauerit. Verum esse supradicta ratio non conuincat, est tamen satis probabilis, & supposita auctoritate doctorum omnino tenenda in iudicando, & consulendo.

Adde non solum ex iuramento, sed etiam ex simpliciter promissione de non variando, non licere tibi variare, quia facta promissione cedis iuri, quod ad variandum habebis, sic relato Lopez alleg. 73. num. 4. docet Gutier. dicto cap. 11. in fine; & indicat Greg. Lopez. aequè de iuramento, ac promissionis locutus.

9 Neque ratio in contrarium conuincit. Admitto ex iuramento non tolli à te patronatum, & consequenter neque priuilegium variandi illi annexum. At nunquam ex vi patronatus habuisti priuilegium variandi facto iuramento, vel promissione de non faciendâ variatione; sicut nunquam habuisti priuilegium variandi postea institutione. Ad confirmationem primam respondeo, esse diuersam rationem de iuramento confirmante praesentationem liberè factam, vel de iuramento impediende libertatem praesentandi: stat enim optime, quod hoc iuramentum non tollat libertatem praesentandi postestatem; quia haec potestas in prima praesentatione maxime decet patronum, & est iuri conformis, & nihilominus iuramentum de non varianda praesentatione tollit illius variationem. Tum quia variatio non decet patronum, sed potius videtur leuitatem arguere. Tum quia iuramentum annectitur actui, scilicet praesentationi facti non potestati; ac proinde actum firmare potest, & irrevocabilem reddere, numquam tamen potest potestatem irritare. Ad secundam confirmationem eodem modo

respon

respondeo illud iuramentum de conferendo digniori, non irritate collationem digno factam, quia non annexit actui, sed potestati, ac proinde facti vltim potestatis illicitum, sed non inuandum. Adde collationem non esse actum, qui auctoritatem alterius iudicis ab ipso conferente requirat. At presentatio auctoritatem ipsius conferentis non exoptulat.

10 Sed quid si facta presentatione cesset iuri presentandi recepto patronatu potestatis in presentatione variare? Dixi recepto patronatu. Nam si patronatum dimittis, clarum est te presentate non posse. Ad validam illius amissionem iam diximus pertinet, antecedenti quaerantur, Patronatu autem recepto dupliciter hac cessio fieri potest. Primo si potestatem presentandi alteri sine limitatione committas. Secundo si tantum pro illo beneficio vacante, quomodocumque cedas, si patronatum retineas, et tunc te presentate iterum posse; quia illa cessio recepto patronatu esse non potest, nisi procuratoris constitutio: ad hunc reuocare potes, tametsi iuraueris non reuocaturum: Ergo.

PUNCTUM VII.

Quem debeat patronus presentare.

- 1 Incapax institutionis presentari non potest.
- 2 Seipsum nullus potest presentare.
- 3 Si plures sint patroni, possunt vnum ex ipsis presentare.
- 4 Pater filium potest ad beneficium presentare.
- 5 Patronus tenetur dignum nominare.
- 6 Ecclesiasticus tenetur digniore eligere in beneficiis curatis, secus laicus.
- 7 Praesens indignum non priuatur, secundum aliquorum sententiam, potestate eligendi.
- 8 Alius de patrono laico, & Ecclesiastico est dicendum.
- 9 Quid si episcopus nomen clericum sua diocesi instituentium ab alio?

1 Communis est doctorum sententia presentari non posse qui incapax est institutionis. Quapropter illegitimus, neophytus, seclus, excommunicatus, irregularis presentari non possunt, quia non possunt institui. Idem dicendum de eulo ordine insignito; quia incapax est institutionis, neque sufficit, vt ante institutionem ordinetur; quia hac qualitas tempore presentationis haberi debet, eo quod per presentationem ius ad beneficium acquiritur, colligitur ex cap. Ecclesia sancta Maria, constitutione, & notauit August. Barbosa 3, alleg. 7. n. 73. & 78.

2 Praeterea nullus patronus seipsum presentate potest; quia inter presentandum, & presentatum debet esse distinctio, est de iure expressa cap. per nostras, & ibi gloss. de iure patronat. c. 3. de instit. & alia. Adde, neque procurator ad presentandum constitutus potest ipsum patronum presentare, quia virtualiter patronus seipsum presentat. Flamin. de resignat. lib. 9. q. 17. n. 113. Barbosa num. 87. Et a fortiori, neque ipse procurator, aut alius substitutus poterit seipsum presentate, Non enim beneficium a propria vniuersali que voluntate originem habere debet, quia est locus ambitioni cap. didicimus. 1. 6. q. 1. Lambertin. de iure patron. lib. 2. part. 1. q. 8. art. 9. & 10. Barbosa supra. n. 88. & seq. & num. 90. aduertit cum Abbate dicto c. per nostras n. 3. & alia; si praeterea, ad quem pertinet institutio, motu proprio vocet clericum patronum, illique beneficium vacans conficiat, institutionem validam esse; quia est institutio facta ex consensu patroni, non tamen ex illius presentatione; consentit Syluest. verbo ius patronatus. q. 7. Valq. opus. de de benef. c. 2. s. I. dub. 4. Less. lib. 2. de instit. cap. 34. lib. 7. n. 28.

3 Quod si plures sint patroni clerici, aut vnus clericus, & alius laicus, poterunt ex seipsis vnum nominare, aut presentate: colligitur ex c. congregato. 1. 6. q. vlt. & c. ne pro defectu, cap. quia propter de electione, vbi electoribus permittitur vnum ex se deligere. Idem inferitur ex leg. vbi absent. ff. de tutorib. & curatorib. vbi permittitur est de actionibus poterunt tutorem dare, vnum ex se ipsis eligere; ita tradit Glossa in c. consulti. de iure patron. Lambertin. lib. 2. part. 1. q. 8. art. 8. Ricc. in praxi. resol. 179. n. 3. Azor. 2. p. lib. 6. c. 2. q. 3. Barb. 3. v. de potest. episc. alleg. 7. n. 9. Tullch. lib. 1. c. 1. s. 95. Neque obinde dici potest patroni se ipsum eligere. Tum quia in hac presentatione nullus pro se suffragium fert, sed suffragium aliorum patronorum in sui fauorem datus consentit, persona enim electa non est inter eligentes comparanda, vt totum numerum augeat. Gloss. in c. per nostras, verbo presentare de iure patronat. Et etiam pro se suffragium ferret; quia tamen illud paruale est, & insufficientis ad presentationem, vel electionem constituendam, non videtur in supradictis textibus, prohiberi quidquid iudicent doctores relati affirmantes validam esse electionem illam; in qua vnus patronus laicus, & alius clericus aliquem ex se nominat, tacite enim dicunt vtique in nominatione concurrere, & aequaliter nominationem facere & proinde vnum ex illis posse seipsum hac via nominare.

4 Pater filium suum ad beneficium presentate potest; quia nullibi talis presentatio prohibetur, cum pater & filius sint per-  
Berd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

sonae distincta, & licet pater & filius pro eadem persona vsurpetur aliquando in iure leg. vlt. Cod. de impuber. & alia subijuncta non tamen in beneficiorum collatione, electione, presentatione, sic Abbas c. consulti. de iure patronat. Ba. b. d. 3. p. de potest. episc. alleg. 7. n. 94. Azor. 2. p. instit. mor. lib. 6. c. 1. q. 2.

5 Item debet patronus, siue Ecclesiasticus, siue laicus sit, dignum nominare, illum voco dignum, qui qualitates omnes habet, quas beneficium iuxta sui qualitatem, & fundatoris institutionem requirit. In hoc omnes conueniunt.

6 Sed dubium est, an teneatur patronus ex iis quos dignos cognoscit, digniorem eligere, casu quo in fundatione hoc expresse cautum non sit: Quia in re omnis vatis sententia distinguendum est inter patronos laicos, & Ecclesiasticos, & inter beneficia curata, & simplicia: si patronus Ecclesiasticus sit, & beneficium sit curatum, obligatus est digniorem eligere; quia ita cauetur in Trident. sess. 24. c. 1. de reformat. vbi Memminerit nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem vtilius posse facere quam si bonos pastores Ecclesia gubernanda idoneos promoueri studeat, eoque alius peccatis communicantes moraliter peccare, nisi quos digniores. & Ecclesia magis vtilis ipsi iudicauerint, non quidem precibus, aut humano affectu, aut ambientium suggestione, sed eorum exigentibus meritis praefici diligenter curauerint. Et c. 18. eiusd. sess. inquit, ex approbatis eligat digniorem. At si beneficium simplex sit, nullibi habetur expresse eligendum esse digniorem. Non ergo patronus hoc onus imponendum est. Si autem patronus laicus sit, non videtur obligatus ad vllum beneficium digniorem eligere quia nullibi de tali patrono hoc cautum est, immo potius Trident. de ipso loquens contentum est, si dignum eligat. Inquit enim d. c. 18. Si ius patronatus laicorum fuerit, debeat qui a patrono presentatus fuerit, examinari; & si idoneus reperiatur fuerit, admitti. Vnde cum in hac presentatione concursus non exoptulet Concilium Trident. tacite insinuauit sufficere, si dignus presentetur, & eligatur, & ita tenet expresse Garcia de benef. 7. p. cap. 16. num. 17. Casar. Lan. bett. de iure patronat. 2. q. 10. art. 3. num. 17. Pett Nauarra lib. 2. de ref. c. 2. num. 150. fauet textus in c. monasterium, 1. 6. q. 7.

7 Difficultas grauis est, an presentans indignum priuatur ea vice potestate eligendi Et controuersia esse potest de patrono laico, & Ecclesiastico?

Et de vtroque affirmat Less. lib. 2. de inst. c. 14. dub. 7. n. 18. non priuatur potestate, ite presentandi. Probat, quia nullibi inuenitur patronis hac pena imposita. Nam esto in Authent. de Sanctissim. episc. s. si quis orator domum collat. g. dicatur patrono presentante indignum debere episcopum procurare, vt dignus instituat: intelligi optime potest de procuratore per sollicitationem, & mandatum; sollicitando inquam, & mandando patrono, vt dignum presentet; & ita explicat supradictum textum Ioann. Andr. & alij & fauet lex c. 1. tit. 1. par. 1. vbi. Pero si el obispo no quiere recibir el clero que presentassen los patronos para si la yglesia mostrando que no era digno, ni la merece auer, de bello probat. y si lo probare no debe ser recibido aquel que los patronos presentaron; mas debe ser presentado otro que lo merezca: Item ibi Greg. Lopez verbo otro. Item in eum in cunctis. s. de elect. loquitur de electoribus & quidem Episcopis, & cum sit constitutio penalit (inquit Lessus) non debet extendi ad patronos, maxime in aliis beneficiis. Item, quia patronus maxime laicus non tenetur explorare vitam, & mores presentati, sed superior remittit examinandum Ergo quemlibet presentate potest, & illo vt indigno repudiato alium denuo presentate.

8 Caeterum dicendum videtur aliter de patrono laico, ac ecclesiastico. Nam si patronus laicus sit, & intra quadrimestre sibi constet nominasse indignum, poterit iterum nominare. Nam toto illo tempore ante institutionem, licet laico mutare sententiam etiam digno electo. Ergo a fortiori cum indignum eligat. At si indignum presentauit, & quadrimestre elapsum est, non potest iterum presentate, sed pro illa vice exclusus est a potestate eligendi. Quia idem est indignum presentate, ac nullum presentate. c. 2. de translat. c. 2. de clerico non residente. At si patronus toto quadrimestri nullum presentauit, eo ipso absque presentatione clericus institui potest. c. vni de iure patronat. in 6. Ergo etiam institui potest, cum indignus est presentatus: sic relato Ioann. Andr. docet Panormit. de offic. ind. ordin. Gregor. Lop. in suprad. leg. 3. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 6. c. 2. q. 6.

Dices, patrono laico non competit explorare vitam, & conditiones presentati, sed examinandum, & approbandum ordinario remittit. Ergo in culpa non est, quod indignum nominauerit, praesertim siate Trident. sess. 7. c. 1. de ref. prohibere ne vllus in beneficiis instituat, nisi fuerit prius a loci ordinario examinatus, & idoneus reperiatur. Ergo priuandus non est potestate eligendi, si presentatus tepudicetur. Quia nullo modo praesumi debet culpam in tali presentatione commisisse. Nam esto quilibet presentans videtur obligatus aptitudinem presentati cognoscere, ex leg. si patronus, in fine. ff. de confirm. tutorum, & tradit Innocent. in c. eum terra. de elect. At hoc limitari debet, nisi alteri a patrono cognitio aptitudinis presentati remissa sit, vt fit a Trident.

Fateor hanc rationem efficacem esse, vt probet quoties per patronum non steterit, quominus intra quadrimestre spiritudo presentati ab ordinario explorata sit, posse illo repulso alium

